



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

25. Junij. 7. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

melius mutandæ ascendi! quois cum re-  
gio Psalte dixi: Nunc cœpi! Tu fac, ut in  
firmitatem meam ad uvet mutatio dexteræ efficac-  
Excelsi, & perficere donet, qui velle ledit: citer-  
utrumq; enim ejusdem datoris est munus.

S.BERNARDUS, ser. 64. in Cant.

Quid prodest scire, quid te oporteat scire.  
facere; si non datur & velle facere? & non  
facere,  
Quid si velis quidem, & minimè pos-  
res inue-  
sis? Quantos expertus sum, agnita tilis.  
veritate, tristiores, & eò magis, quod  
jam confugere ad ignorantiae excusa-  
tionem non liceret: scienses, & non  
facientes, quod Verbum hortaretur.



25. Junij. 7. Cal. July.

B. GUILIELME, Abbas Bellælan. Floruit circa annum 1160.  
dæ: qui in sæculo non sæculariter degens, parta per vitæ austерitatem de illecebris carnis victoriâ, prophetiæ & miraculorum gratiam consecutus es. Expensis autem periculis, inter quæ te deprehendebas, ad sacræ obedientiæ tutelam confugisti. Sub qua de virtute in virtutem progrediens, ut non solo exemplo, sed etiam dignitate cæteris præires

## 480 ANNI CISTERCIENS.

præires, eorū non tam suffragia, quām  
preces clavum gerere coegerunt: quem  
usque ad beatum vitæ finem in sum-

ma sanctitate tenuisti. Non deest impe-  
Imperi- randi occasio, modò non deſit industria &  
uni ſui ipfius. pia voluntas, per quam regendi curas in  
ſeipſum quisque convertat. Tu hujus re-  
gni mei habenas moderare: clavus eſto, ti-  
mor Dei: quiſi ſit ſemper in manibus meis,  
felix efficiet imperium.

Obijt

anno

1264.

Revela-  
tioni-  
bus il-  
lustra-  
tur.

B. E V A: quæ pio amoris foedera S.  
Julianæ Cornelensi fueras adſtricta,  
imò in Christo filia. Cùm enim ambi-  
guo consilijs eſſes, an ſolitariam in Re-  
cluſorio vitam agere, ſaluti tuæ con-  
duceret; illa ſuadente, & de Divina gra-  
tia ſecuram reddente, id vitæ genus ſu-  
ſcepisti. Ita ab hominum conſortio ſe-  
motam quotidie cœlites invifebant: à  
quibus hauſtam coeleſtem ſapientiam,  
ad multorum ſalutem diſpensasti. Ipsi  
etiam Juliana, illud cœli delicium,  
haud parum à te conſolationis accepit,  
dum grandi illo negotio de instituen-  
da festivitate Venerabilis Sacramenti  
occuparetur: cuius pompa ſolenniſ-  
ſimam, tandem à supremo Eccleſiae  
magistratu decretam, illa quidem jam  
vivis crepta, de cœlis, tu verò ſuperfies  
videre meruisti: veluti ad te gratulans  
Christi Vicarius Urbanus IV. epiftola  
peculiari

peculiari scribere dignatus est: ubi inter alia his te verbis salutat: *Magnificet,* inquiens, *anima tua Dominum, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo, quia viderunt oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum. &c.* Ita D E O, Angelis, & hominibus grata & venerabilis, in supremo ætatis ac meritorum gradu, vitam mortalem continua per extremos dies meditatione Passionis Dominicæ pie clausisti. *Æternæ salutis curam abjecit,* Mors qui non sub eadem cogitatione spiritum efflare desiderat. Ut ego mortem tuæ non dissimilem obtineam, doce me jam illud unicum salutis remedium ea pietate versare in animo, cui tu fuisti immortua.

S. BERNARDUS, ser. 62. in Cant.

*Quid enim tam efficax ad curanda vulnus conscientiae vulnera, nec non ad purgandum mentis aciem, quam Christi medici-  
sti Vulnerum sedula meditatio?*



26. Junij. 6. Cal. Julij.

B. HUGO, Hemmenrodensis monachus, circa anno 1210.  
& doctrinâ & pietate celebris: qui cum sancti Davidis, monachi itidem

X Hemmen-